



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni  
Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti  
benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...**

**Trithemius, Johannes**

**Maguntinu[m], 1494**

Utrum diebus festis liceat scribere xi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31333**

Dum folia humida siccantur, vel fatigatū ex labore t<sup>3</sup>ren-  
mitat caput: velut pro solacio suis collecturis inuigilet.  
Sed et diebus festis dū ab oracōibz vacat talia curet.

## An liceat monachis festis die-

bus scribere.

Ca. xi.

**D**ata iam occasione p̄sentibus queritur. An li-  
citū sit monachis festis diebus scribere: qui-  
bus in lege ab operibz seruilibus p̄cipitur va-  
care. Hanc questionē Jobāni cācellario quon-  
dam parisiē, viro doctissimo legimus a quibusdā fuisse  
ppositā: quā in libro de laude scriptoz, p. xij. cōsideratio-  
nes deducens, ita postremo cōcludit dicens. Nichil im-  
pedit libros seu tractatulos vel codicillos deuocōis scri-  
bere diebus festis, habito moderamē: quale sapiens ius-  
dicabit in hoc opere: qđ vtiq; nō seruire censendū est: sed  
in honorē ecclesie plus aliquādo vergens: q̄ multiplicati-  
o vocalis oracōis: immo insolens in aliquibus missa-  
rū inculcatio. Hec ille. Hos autē adijcētes cū humilita-  
te dicimus. q̄ monachus sub obedientia cōstitutus, si p̄ci-  
piente prelato, festis diebus materias vtilēs scribit, nichil  
timeat: quia melior est obedientia scribentis: q̄ victime  
pprie volūtatis. **E**t tamen que ex institucōne festi obliga-  
tur hac occasione nō negligat: sicuti est celebrare, vel au-  
dire missam: et horas rite p̄soluere canonicas. Bene fa-  
cit itaq; libros sacros scribens diebus festis: debitis cir-  
cūstantijs diligenter adhibitis. Qui autē diuine contem-  
plationi cōgruenter potest insistere, excellentiorē gradum  
creditur obtinere: nisi obedientie meritū iure interueniat  
Illa em̄ bonis operibus incrementū adijcit: et ex equali-  
bus meliora facit. **C**um ergo simus hoīes infirmi, et ad  
cōtemplationē minus idonei, melius est hoc damnū scri-  
bendo refundere, q̄ inutilibus (vt fieri solet) sermonibus  
vacare. Quia etiā nec legere semp̄ possumus nec orare:  
non est quo nos post hec vtilius occupemus: q̄ si cum

officiū noua =

Edm. Jatio 13. 26.

24  
deuotione scribendis libris studium impendamus. **E**t  
hoc non solum nos instruimur: sed etiam futuris longepost  
nos materiam edificationis preparamus. Non minus scrip-  
tor docet bona scribendo: quam predicator sancta predicando.  
**E**t quod illi licet: istum quis prohibet? **E**t sicut iam dixi-  
mus fratres studiosi presertim festis diebus, suis deuotioni-  
bus consulentes, codicillos suos rapiarios confidenter  
possunt scribere: nisi ut dictum est obedientia aliud precipiat  
operari. In omnibus autem his serenanda est intentio precia-  
pientis: regulanda etiam deuotio scribentis. **Q**ui autem ali-  
quid scribit pro precio, quantumcumque materia utilis sit:  
ab hac libertate seclusi, festis diebus ab ope cessabunt:  
quia lucris terrenis intentione deseruiunt: et ideo seruale  
opus iudicatur: nisi forte alius interueniat (quod raro con-  
tingit) respectus pietatis.

## De differentia scriptorum et opusculorum nominibus. **Cap. xij.**

**S**criptores duplici apud antiquos a pellatione  
habebantur. Primi dicebantur antiquarij:  
qui vetera tantummodo scriberent: nomen ab offi-  
cio sumentes. Secundi a pellatione librarij:  
qui et noua scribebant et vetera. Antiquarij cum scriberent  
etiam antiquis libris utebantur: librarij autem nouis. Dicitur  
autem librarij a libro, hoc est interiori cortice que ligno  
coheret: quia ante usum carthe vel membrane: de libris  
arborum volumina compaginata fiebant: sicut in vetustissi-  
mis bibliothecis adhuc hodie reperiuntur quandoque vesti-  
gia. **J**am pro instructione deuoti scriptoris liber diuersi-  
tatem opusculorum aliquantulum describere: sicut a **R**aban-  
no viro quondam peritissimo enarrantur: quia non erit fra-  
tribus inutilis eorum noticia: ut sciant quemadmodum unum  
quodque opusculum debeant appellare. Opusculorum ergo  
tria sunt genera. Primum genus excerpta dicitur: quod  
greci Scholia nuncupant: in quibus ea que videntur ob